

Enoch Hutzing Johannes Wonrovius

**Collegii Biblici Privati Primi Mosaici, Genesis In Aphorismos Redactam Exhibentis**

**Disputatio Quinta : Ex Capite VI. VII. & IIX. Geneseos**

Rostochii: Meder, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747230129>

Band (Druck) Freier  Zugang



Vert.: J. Stevens

E. Kutzring.

R. N. Theol. 1637. 38.



COLLEGII BIBLICI PRIVATI  
PRIMI

51.  
MOSAICI.  
GENESIN IN APHO-  
RISMOS REDACTAM  
EXHIBENTIS,

DISPUTATIO QUINTA  
EX CAPITE VI. VII. & IX. GENESEOS:

Quam  
IN SUMMI JHOVÆ HONOREM,

PRÆSIDE

ENOCHO HUTZINGO, SS. Theol.  
Licentiato & in Acad. Rost. P.P.

Defendendam suscipiet

JOHANNES WONROVIUS, Lüttekenburgo Hofi:  
Respondens.

Ad diem 10. Martij in Collegio Boreali, horis  
pomeridianis.



ROSTOCHII,  
LITERIS MICHAELIS MEDERI,  
Anno cl. lcc. xxxiix,

COLLEGIUM BIBLIOTHECAE PRIVATAE  
PRIMI  
MOSAICI  
GENESIS IN ARHO-  
RISMOS REDACTAM  
EXHIBENTIS  
AUCTORIS TITULUM QUANTUM  
EXCIPITUR IN REGISTRO



22. Theol.  
P.P.

ENOCHO  
I

JOHANNES WOLFF  
Lipsiensi


ad hunc locum de quo supra  
Lipsiensi



ROSTOCIA

FRANCIS MICHAELIS MEDICALI

ANNO MDCCCLXXXII



## APHORISMUS I.

**V**idimus hactenus in primis quinque Geneseos Mosaica Capitibus τῶν Ἀρχαίων Ἔσους & Originem, & Religionem, & Incrementum: Nunc in sequentibus de Excidio ejusdem τραγικωτάτω per Universalem facto Cataclysmum Historicus Sacer nos informat, tanquam de perpetuo Justitiæ divinæ vindicatricis documento, Homini-  
minibus pariter ac brutis inducto.

V.  
Disput.  
Resp.  
Johannes  
Woronovius.

### II.

Trigam Caputum proximè sequentium brevitatis studio in hac disputatiuncula conjungemus; In Capite VI. causam diluviū περὶ κατακλιπὴν; In VII. τὰ τῶν κατακλιπῶν μῦθοι καὶ ἄλλα ὄντα; In VIII. Restaurationem Rerum Naturæ, Diluvio corruptæ; eum Timore Domini Contemplaturi.

### III.

Humani Generis illam πανολοθῆαι non ex astrorum positu, non ex absoluto aliquo decreto Calvinistico ortam esse, sed causam περὶ κατακλιπὴν PECCATUM agnoscere, idque non simplex aliquod & leve, sed propter indicatas à Spiritu Sancto, ut personarum, ita ποσότητος καὶ ποιότητος, perspicuas ἀπειρώσεις longè atrocissimum, evincit v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 11. 12. & 13. Capitis VI. Quorum decem versuum piùm in Hebræo Fonte ut instituant Examen, Dominos opposituros amicè rogatos volumus.

### IV.

Canon est Ecclesiasticus, perpetuum totius Sacra Scripturae habens consensum: Deus semper præmonet Mundum, priusquam puniat. Præmonet inquam, ut per alia media, ita imprimis per suos illos τῆς Δικαιοσύνης κύβητες, in quorum censuræ

numero Nobam quoque fuisse Apostolus circumcissionis testatur  
 2. Petr. 2. v. 5. כִּי לֹא יַעֲשֶׂה אֲנִי יְהוָה דָּבָר כִּי אֶמְצֶא  
 Amos. 3. vers. 7. אֲלֹ — עֲבַדְתֶּם הַנְּבִיאִים  
 Quem locum Chaldaeus Paraphrastes sic optime intellexit: Quo-  
 niã haud rectè res fieri Domino Deo viderentur, nisi reve-  
 laret secretum suum servis suis Prophetis. Maxe Dupica hæc  
 Dei est, de quã videatur Apostolus Rom. 2. v. 4. & Rom. 9. v. 22. Di-  
 gnos memoriã Piorum judicamus versiculos:

Sicut, opem quoties sapienti pectore differt,  
 Compensat gratã commoditate moram;  
 Sic, quoties poenas patienti pectore differt,  
 Quadruplicat pœnæ pondera sæpè Deus.

V.

Placet nobis Doctissimi Chronologi Sethi Calvisij descri-  
 ptio Fabricæ Arcæ Noæ, quam ex opere ipsius Chronologico sedula  
 lectione dignissimo hîc repetimus & sobrio subjicimus Examini:  
 Noah (inquit Calvisius) omnium mortalium miserimus, quo ne-  
 mo Contemptum Dei majorem & magis nefandum conspe-  
 xit, cum agerrimè ferret Lamechi libidinem insolitam, ho-  
 minum & Levitatem & Lasciviam, Gigantum immanium  
 Ferocitatem, vulgi perditissimam licentiam, denunciât im-  
 piis venturam calamitatem, non solum verbo & doctrina, ve-  
 rum etiam exstructione Navigii sive Arcæ, quæ tantæ capa-  
 citatis fuit, ut 450000. quadratorum, si singula sint unius  
 ulnæ in Longitudine, Latitudine & profunditate, capere po-  
 tuerit, ut sufficeret & recipiendis animantibus, & seponendis  
 Commeatibus. Magnitudo autem Arcæ fuit trecentorum  
 cubitorum in Longitudine, quinquaginta vero cubitorum in Latitu-  
 dine & Triginta cubitorum in Altitudine, planè ad Formã Ho-  
 minis in planicie jacentis Contractis brachiis. In Infi-  
 ma Arcæ

*ma* *Arca* parte procul dubio *Locus Vacuus* relictus fuit, triū  
 vel quatuor cubitorum altus, qui sordes ex superioribus contigna-  
 tionib. devolutas exciperet, saburræq; partem ad *Arca* libramē-  
 tum in aquis contineret. Inde reliqua *Arca* Pars in *Tria Tabu-*  
*lata* distributa fuit, quæ omnia undiq; & *Cellulis* & *Mansio-*  
*nibus* & *promptuariis* fuerunt distincta, ut & *Animantes* re-  
 ctè secludi, & suis cibus singulis commodè ministrari posset. *Fe-*  
*nestram* habuit *Arca*, quæ quantum intelligimus aperta non  
 fuit, nisi finito diluvio. Oportuit igitur eam vel vitro, si tum  
 inventum fuerit, vel cerato linteo obductam fuisse, ut lucis a-  
 liquid ad habitationem *Noæ* penetraret, ne & ipse planè in  
 tenebris sederet. Porro ut aërem etiam attrahere & spiritum  
 haurire possent animantes, tenebricose carceri huic inclusa, credi-  
 bile est, cum tectum arcæ ad cubitum ultra arcam eleva-  
 tum & consummatum fuerit, ut *Hebræus* textus ostendit, aërem  
 sub illo tecto liberè commeari potuisse, & ex singulis cellulis & ex  
 aliis etiam locis tubos eo usq; fuisse erectos, quibus aër attraheretur.  
*Hucusq;* *Calvisius*: cujus sententiam de fabrica arcæ *Noæ*  
 ex aliis quoq; scriptoribus haustam obsignare placet *Doctoris Sel-*  
*necceri* cautela illa notatu dignissima: Qui alias habent senten-  
 tias de *Arca* magnitudine & capacitate, habeant sanè nostrâ pa-  
 ce & fruantur sui ingenij foetu, modò adhibeant modestiam,  
 in iudicando de aliorum sententiis, qualem de suis adhiberi i-  
 psos velle & optare non dubitamus, & meminerint se homines  
 esse, qui ab omni jaçantia debent esse immunes.

V I.

*Anno à condito mundo 1656. cum Noa inchoasset annum*  
*600. mense secundo ejus anni die septimo decimo, ingressus est*  
*Noach cum conjugè & filiis in arcam: & in ea mansit integrum*  
*annum solarem: Rursus enim egressus est mense secundo pro-*

ximi anni, die 27. Nam ad Menses lunares 12. addendi sunt 10. dies qui nominantur Epactæ: ita congruit ratio ad anni solaris periodum: & numerus mensum & dierum in hac narratione ostendit, annum solare complexum esse 12. menses lunares & dies 10. Ideò dicitur Noach egressus esse ex arca anno aetatis sue 601. videlicet anno à condito mundo 1657.

### VII.

Ut Arca Nohe Ecclesie, ita κατακλυσμός Baptismi figura est admodum illustris & pulcherrima. Aphorismi hujus nostri θεμέλιον succi plenum habet Psalm. 29. v. 10. & 11.

יהוה למבור ישב וישב יהוה מלך לעולם  
יהוה יצו יצו יתן יהוה יבנה את יצו בשלום:

LXX. κύριος τὸν κατακλυσμόν καταικίει καὶ καθιέται κύριος θαλάσσης εἰς τὸν αἰῶνα. κύριος ἰσχυρὸς τὰ λαῶα αὐτῶν δώσει, κύριος ἐυλαγήσει τὸν λαὸν αὐτῶν ἐν εἰρήνῃ, Confer Novum Codicem optimum & certissimum V. T. interpretem 1. Tim. 3. v. 15, & 1. Petr. 3. v. 20. 21. & videbis cum gaudio tyri & antityri pulcherrimam ἀρμονίαν.

### VIII.

Icon Justitiæ, Perfectionis & Obedientiæ Nohe insignis est capite 6. v. 10. & 22. & c. 7. v. 1. & 5. sed limitatè sensu γρησῖως Evangelico non Pontificio intelligenda; & ex v. 9. c. 6. explicanda יהוה יתן בְּעֵינֵי הוֹן מִצָּן וְנַח לXX. Nōs εὖπε χάριν ἔρωπ κερία τῶ θεῷ. Q. d. Noach ille δεύπτος ἀδάμ invenit gratiam apud Dominum, cum quo ambulavit hic justitiæ buccinator & caduceator, pietatisq; illustri jubare fulsit ac refulsit, ὡς Φωσῖρες ἐν κόσμῳ, ἀμεμπτος καὶ ἀκέραιος καὶ ἀμώμητος ἐν μέσῳ γενεᾶς σχολιάς καὶ διεσραμμένης. Phil. 2. v. 14 15. Quid enim invenire gratiam apud Dominum (gratiam inquam non mercedem?) Resp. habere Deum propitium & sibi faventem & benevolum; nam יתן (quod Græci χάριν, Latini Gratiam, Germani

mani Grad reddunt, vocibus & sonis planè inter se cognatū) significat gratuitam acceptationem, quā Deus suo favore gratuito nos licet pollutos per & propter Christum fide apprehensum ad vitā aeternā cōplectitur. Ita nimirū fideles dicuntur τίλειαι & δίκαιοι ob absolutā & omnibus numeris perfectam justitiam & perfectionem obedientiæ activæ & passivæ Christi, & hoc modo Noach τῆς κατὰ νότον δικαιοσύνης ἐγένετο κληρόνομος Ebr. 11. v. 7. Ergò צֶרֶק תְּמִים שִׂרָי non notat virum ἀπλῶς ἀναμάρτητον καὶ πνεύματος ἀνδρὸς ψόγῃ (qualem Noachum non fuisse infra c. 9. v. 21. videbimus) sed virum ex vera fide, sine Hypocrisi, seridò studentem honestæ & inculpatæ vitæ sine pertinaci lesione Conscientiæ, quod Noam ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ fecisse, atq; sic συγκριτικῶς, collatum ad impiam hominum, qui illā aetate vixerunt, beluina colluviem perfectum & justum fuisse Moyses indicare voluit, ut ad exemplarem vitam Theologicam nos invitaret; & spirituales cum Deo in via ὀρθοδοξίας καὶ ἐυσοβείας in continenter ambulantes Peripateticos redderet.

#### IX.

כָּוֶד Κόρυζ Corvus c. 8. v. 7. ἀδνηγοεικῶς notat malos Doctores infernalis corvi spiritu agitados, columbarum Noachicarum v. 8. & seq. i. e. piorum & cordatorum veritatis caelestis Doctorum ac confessorum turbatores & persecutores pestilentissimos, quorum vox corvina, secundum Augustinum, est manifesta ruina. Hos quia nihil aliud quam crocitare didicerunt cum Rhythmo Brunonis, quem merentur hâc vice dimittimus: Mitto Coax ravis, crâ corvis, vanaq; vanis.

#### X.


Quia Allegoriam Corvi & columbarum Noachicarum adduximus, oppidò occurrit nobis pulcherrimus Canon Doct. Nicolai Hunnij, Magni illius Theologi Doctoris Aegidij, Magni filij, quem ex præscriptione ipsius commendatoria D. Bo tsacci Promptuario


pruario allegoriarum lectione dignissimo præfixa excerptum da-  
 mus: Ecclesiam docturi allegorias sancto illorum exemplo, qui un-  
 quam Ecclesiam docuere, adhibeant, moderatè tamen, ut pri-  
 mas in omnibus litera verbi divini obtineat, allegoriarum co-  
 lores jam confirmata pingant, & quæ litera persuasit, munijr,  
 firmitus animis hominum infigant.

PROBLEMAT A.

- I. An Cain sit causa diluvij? Affirmatur Sap. 10. v. 4.
- II. An Deus justè irrationalia animalia pœnâ diluvij af-  
 fecerit? Aff.
- III. An muli vel mulæ in arca fuerint? Distinguitur.
- IV. An Pisces in arcam sint recepti? Negamus.
- V. An Montes ante diluvium quoque extiterint? Affirm.
- VI. An ante diluvium notitia de vero Deo cunctis homi-  
 nibus patuerit? Aff.
- VII. An Satan ille Dei & Ecclesiæ ejus ἀντικείμενος & ho-  
 stis puritatis historiæ Biblicæ ἀσυνδύχῃ historiã diluvij per Eth-  
 nicos in impuras fabulas transformaverit? Satis id liquet ex l.  
 1. Metamorph. Ovidii.
- VIII. An Noach ex arca egressus absque mandato aram æ-  
 dificaverit & sacrificaverit? Neg.
- IX. Quia c. 6. v. 18. dulcissima imago proponitur de fœde-  
 re Dei, quod cum secundi mundi parente pepigit, quæritur, an  
 inde probari possit quævis fœdera cum hominibus & quidem iis,  
 qui falsæ sunt addicti religioni, salvâ iniri posse conscientia  
 sine ulla distinctionis mica? Negamus & pernegamus.
- X. An omnes adulti damnati sint qui diluvio perierunt? Neg.
- X I. An distinctio mundorum & Immundorum anima-  
 lium Noach fuerit cognita? Affirm.
- XII. An Unicornis in diluvio penitus interierit? Neg.

Τὰ Θεῶν Μόρα Δόξα.





mani **Grat** reddunt, vocibus & sonis  
 significat gratuitam acceptationem, quod  
 to nos licet pollutos per & propter  
 sum ad vitā eternā cōplectitur. Ita nimis  
 & dicitur ob absolutā & omnibus numeris  
 & perfectionem obedientiæ activæ &  
 modo Noach τῆς κατὰ νότον διγαίουσης  
 n. v. 7. Ergo **צֶרֶק תָּמִים** non no  
 μάθητον καὶ πτεράγων ἀνὸς ψόγῃς  
 fuisse infra c. 9, v. 21. videbimus) sed vir  
 Hypocriti, serid studentem honestæ &  
 tinaci lesione Conscientiæ, quod Noam  
 atq; sic συγκλητικῶς, collatum ad impiat  
 re vixerunt, belluinam colluviem pe  
 isse Moyses indicare voluit, ut ad exem  
 cam nos invitaret; & spirituales cum  
 εὐσεβείας in continenter ambulantes Pe

IX.

**צֶרֶק** κόρυξ Corvus c. 8, v. 7. ἀδύ  
 Etores infernalis corvi spiritu agitato,  
 rum v. 8. & seq. i. e. piorum & cordatoru  
 Etorum ac confessorum turbatores & per  
 quorum vox corvina, secundum August  
 na. Hos quia nihil aliud quam crocitare  
 Brunonis, quem merentur hâc vice dim  
 nis, crâ corvis, vanaq; vanis.

X.

Quia Allegoriam Corvi & columb  
 ximus, oppidò occurrit nobis pulcherrim  
 Hunnij, Magni illius Theologi Docto  
 quem ex præscriptione ipsius commend

cognati)  
 ore gratui  
 apprehen  
 tur πῆλαι  
 justitiam  
 ristī, & hoc  
 omos Ebr.  
 πλῶς ἀνα  
 bum non  
 ide, sine  
 ta sine per  
 ὠτῆ fecisse  
 ui illâ ata  
 justum fu  
 Theologi  
 δοδοξίας καὶ  
 redderet.

malos Do  
 Noachica  
 celestis Do  
 lentissimos,  
 nifesta rui  
 m Rhycho  
 Coax ra  
 arum addu  
 ct. Nicolai  
 Magni filij,  
 sacci Prom  
 puario

